

E V C L I D I S

E L E M E N T V M

V N D E C I M V M.

ET SOLIDORVM

primum.

D E F I N I T I O N E S

I.

Solidum, est quod longitudinem, latitudinem, & crassitudinem habet.

2.

Solidi autem extremum est superficies.

3.

Linea recta est ad planum recta, cum ad rectas omnes lineas, à quibus illa tangitur, quæque in proposito sunt plano, rectos angulos efficit.

4.

Planum ad planum rectum est, cum rectæ lineæ, quæ communi planorum sectioni ad rectos angulos in vno planorum ducuntur, alteri plano ad rectos sunt angulos.

5.

Rectæ lineæ ad planum inclinatio est angulus acutus, ipsa insistente linea, & adiuncta altera comprehensus, cum à sublimi rectæ illius lineæ termino deducta fuerit perpendicularis in ipso plano fecerit ad propositæ illius lineæ extremum, quod in eodem est plano, altera recta linea fuerit adiuncta.

M

6. Pla-